

Band III., Nr. 855, Seite 353

Kaiser Friedrich (II.) erklärt den von seinem Sohn, König Heinrich (VII.), dem Markgrafen Hermann von Baden abgenötigten Nachlass an dem Kaufschillinge für die Güter seiner Gemahlin in Braunschweig, wofür demselben die Städte Lauffen, Sinsheim, Eppingen zu Pfand, Ettlingen zu Lehen und Durlach zu eigen gegeben sind, für ungültig.

Apricena, 1234. November.

Fridericus, dei gratia Romanorum i[m]perator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod olim presentes in Alemannia meminimus obligasse Hermanno marchioni de Baden, fideli nostro, civitates Loufen, Sunnesheim et Eppingen pro duobus milibus et trecentis marcis argenti, et in feodo sibi dedisse civitatem Etteningen, et civitatem Durla in proprietatem, pro bonis que sibi ex parte uxoris sue de proprietate in Brunswic conti[n]gebant, iuxta tenorem privilegii nostri exinde sibi indulti. Et quia per H. illustrem Romanorum regem, karissimum filium nostrum, coactus est de predicta summa remittere mille marcas et indultum nostre celsitudinis privilegium resignare, et quod civitates predictae non tenerentur obligate sibi nisi pro mille trecentis argenti, nos, volentes mandatum et obligationem nostram in sua sicut ante consistere firmitate, presentis scripti auctoritate mandamus, quatinus civitates predictae obligationi duorum milium et trecentarum marcarum argenti subiaceant et amodo teneantur sicut nobis in Alemannia existentibus obligate fuerunt, non obstantibus litteris ab eodem marchione dicto regi filio nostro factis. Statuimus igitur et mandamus, quatinus nullus sit qui dictum marchionem vel heredes suos contra presentis obligationis nostre paginam impetere vel molestare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursum. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri et bulla aurea, typario nostre maiestatis impressa, iussumus communiri.

 Datum apud Pretinam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense Novembris, octave indictionis.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Eine gelbe Seidenschnur ist noch durch die Urkunde geschlungen, die Bulle verloren.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

D 31

Editionen:

JOHANNES DANIEL SCHÖPFLIN: *Historia Zaringo-Badensis*, 7 Bde., Karlsruhe 1763-66, Bd. 5, S. 192, Nr. CVI (ungenau). Huillard-Bréholles: *Historia diplomatica*, Bd. 5,1, S. 499 und 500 (nach Schöpflin).

Regesten:

JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: *Regesta Imperii* Abt. 5: Die Regesten unter Philipp, Otto IV., Friedrich II., Heinrich (VII), Conrad IV., Heinrich Raspe, Wilhelm und Richard, 1198-1272, nach der Neubearb. Und dem Nachlasse Johann Friedrich Böhmers neu hrsg. Und e, Nr. 2060. Diestelkamp: *Urkundenregesten*, Bd. 2, S. 325 f., Nr. 385.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Apricena

Aussteller:

Friedrich II.; König/Kaiser

Ortsindex:

Apricena, Apulien, Italien
 Braunschweig, BS
 Deutschland
 Durlach Wohnplatz (5232)
 Durlach, Karlsruhe, KA
 Eppingen Wohnplatz (1919)
 Eppingen, HN
 Ettlingen Wohnplatz (5346)
 Ettlingen, KA
 Jerusalem, Israel
 Lauffen am Neckar Wohnplatz (2024)
 Lauffen am Neckar, HN
 Rom, Latium, Italien
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)
 Sinsheim Wohnplatz (6553)
 Sinsheim, HD
 Sizilien, Italien